

drus aquæ cavus gracilior quidem, sed altior; ideo (cùm flui-  
da premant non secundùm spissitudinem aut copiam, sed se-  
cundùm altitudinem vel longitudinem,) graciliorem hunc  
& altiorem superare, illum spissiorem verò & breviorem ce-  
dere, atque adeò orbiculum ligneum (idem verò est de situla  
interiore judicium, quæ gravitate suâ per æquilibrium priva-  
ta jam fuerat ac insuper exteriorem fundi basin majorem in-  
teriori habebat) attolli.

**C O N C L U S I O . II.** Atenim cùm perforatus esset situlæ  
vel hydriæ exterioris fundus, ut aquæ inter hujus & orbiculi  
vel interioris hydriæ commissuras interlapsæ pressio deor-  
sum magis per apertum foramen & epistomium, quàm sur-  
sum in basin orbiculi sive interioris hydriæ esset determinata;  
**Causa 4. 8.** tum verò cylindrus aquæ medius orbiculo vel fundo hydriæ  
**9. 11. 16. &** interioris incumbens vincebat & ascensum fortiter cohibe-  
**26. Phæn.** bat: dum ex opposito, foramine situlæ hydriæve exterioris,  
aut ab obturante digito, aut ab aqua subtus, post epistomii  
item 12. & clausuram collecta, occluso, pressio omnis iterum sursum re-  
**13. Phæn.** flectebatur, & prior casus nunc rediens priorem etiam este-  
tum ascendentis orbiculi vel situlæ interioris necessariò pro-  
ducebat.

**C O N C L U S I O . III.** Quòd verò tum, cùm aut orbicu-  
lus ligneus aut situlæ vel ollæ fundus non esset satis compla-  
**Causa 3. 5.** natus, aperto licet hujus foramine aut epistomio infero an-  
gustiore, nihilominus ascenderit orbiculus; ejus rei causa ve-  
ra & unica est procul dubio in eo posita, quòd propter ejus-  
modi fundorum & orbicularum inæquabilitatem indequé-  
natam commissuræ laxitatem, plus aquæ subitò in hanc se-  
recipiat quàm per foramen aut epistomium angustius eo-  
dem tempore possit effluere; ut sic iterum aquæ in effluxu  
impeditæ pressionem sursum verti necessum sit: id quod ex  
itemque 6. eo amplius confirmatur, quòd inæquabilior ejusmodi orbi-  
culus, qui super angustiore fundi foramine ob causam jam  
dictam ascenderat, super ampliato postea statim hæserit;  
Phæn. quia